

1177

1994  
A  
1386





DE  
RETRACTIVVM  
IVRE.

Materia Amplissima, difficillima nec non  
pulcherrima,  
POSITIONES THEORICO-PRACTICAE,

QVAS  
*Sub Directorio & Patrocinio Sanctissimæ  
& individua Triadis.*

PRÆSIDIBVS

*Clarissimis & Consultissimis Viris, ac DD.*

Dn. PETRO OSTERMANNO, I. V. Doctore, &

Dn. ARNOLDO MAESS, SS. LL. Licentiato,  
respectiuè Dictatore & Fisco.

*se defensore publicæ committit censura & certamini in Anti-  
quissima Agrippinensis Vniuersitatis Iuridicæ Facul-  
tatis Collegio exponit,*

IOANNES IACOBVS à Scheiderich/ Nob. Iuliacensis.  
Anno Partus Virginæ 1629. 26. Iunij.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Excudebat Petrus Metternich, prope Augustinianos.

DE  
RETRACTIVVM  
IVRE

Martinus Amstelredamensis, & Bachelarius non  
publicus,

POSITIONES THEORICO-PRACTICAE

QVAE

Subiunctae sunt in tractatu

& tractatu

Præstatibus

Christiano Christophoro, M.D.

Dr. P. A. O. STRANDBERG, V. Doctor &

Dr. A. A. O. M. A. S. S. B. L. Licentia

responsum Dictionis & Phico.

re defensor publicus domini rectoris & conventus in hac

universitate Agrippinae, & tractatu

de Contractibus

IOHANNES JACOBUS & CHRISTOPH. N. B. Inhaerentia

Anno Patriæ Virginis 1692. Junij



COLONIAE AGRIPINAE

Excudit Petrus Menrich, Proprius Agrippinensis



In nomine Domini nostri IESU CHRISTI ad omnes actus  
consiliaque omnia semper progredimur l. 2. C.  
de offic. præfect. præt. Afr.



**V**T frustra habere non dicar, qui non vtor & in  
luce quam maximè perspicua cæcutire hac in  
materia vtilitate ponderosissima, amplitudine  
spaciosissima frequentissimaq; Retractus rem  
ipsam in simplici & primo obiecto aggrediar,  
scil. nomē ipsum **T**ò RETRACTVS altius enucliatiusq; per-  
pendendo: nam etsi prior atq; potentior est quā vox mens  
dicentis, tamen nemo sine voce dixisse existimari potest, vt  
inquit l. 7. ff. de suppellectile legat. & quorsum nomina inquit  
Liam citata, nisi vt demonstrent voluntatem dicentis, quare  
prius id, quod nobis ingressum ad rei voce significatæ intel-  
lectum subministrat, quam rem ipsam, prosequi non abs re  
esse animaduerto.

POSITIO PRIMA.

**R**etractus, siue ius retrahendi, à retrahendo dictus est, vti præteritum  
contractus à suo verbo contraho; quia consanguineus rem aliena-  
tam à familia per hoc ius ad eandem iterum retrahit, quod secundum natu-  
ram fit, quemadmodum omnis effectus potius suam causam vnde produ-  
ctus est sequitur in qualitatibus & proprietatibus quam rem quamcunque  
aliam.

2. Varijs autem nominibus retractus insignitur: ius προτιμήσεως, præla-  
tionis, præsentationis, recompræ siue recomparationis, ius congrui,  
Zugrecht/ Fürtauff / die Ablösung / das Abtreiben / der Einstandt; appositè autem  
non minus quam eleganter ius congrui vocatur, eo quod congruat & con-  
sentaneum sit proximos consortesque ad rerum alienatarum seu alienanda-  
rum præ omnibus quibuscunque extraneis admitti emptionem & redem-  
ptionem: nam interest nostra, res maiorum nostrorum, non nobis eripi, sed

in genere & familia, vnde exierunt redire & permanere. *l. 35. ff. de minorib. l. 22. vers. nec verò domum. C. de administrat. tut. & l. 4. C. de locat. pred. civil. & præsumitur affectio in coniunctis pro retinenda possessione affini & gentilitiæ, quæ fuit maiorum, ad finium vel gentilium siue agnatorum. Alciat. 2. præsumpt. 20. hinc nec immerito ius protimiseos nuncupatur veluti primæ admissionis, anterioritatis vel prælationis. hinc etiam defenduntur statuta & consuetudines, quæ distinctiones inter sexum feminæum & masculinum faciunt quoad successionem; ita vt masculinus femineo sexui præferatur eumque excludat à successione, quamdiu masculini supersunt; tale statutum etiam viget in terra Iuliacensi, quod tamen inter nobiles, vnd *denen so von der Ritterschafft seynd* obtinet, eam solummodo ob causam, vt bona maneat in familia & agnatione, *l. 1. § 12. ff. de ventre inspici. & hoc statutum fauorabile est, quia causa agnationis conseruandæ introductum, Forst. de succ. c. §. ab intest. lib. 3. c. 4. n. 19. 20. Gail. 1. obs. 36. n. 1.**

3. Origo & causa sunt, ius diuinum *Leuit. 25. vers. 25. Ezech. 7. vers. 12. & 13. Canonicum cap. 8. constitutus in nostra de in integrum restitut. Tiraq. in præfat. de retract. civil. l. 14. C. de contrab. empt. Duaren. in tit. C. de patrib. qui filios distrax. c. 4. feudale. 2. f. 26. §. Titius lib. 5. feud. tit. 13. & 2. feud. 3. §. 1. Saxonicum l. 2. Landrecht. art. 52. v. Mollerū ad cōstitutiones electorales 21. 32. 33. part. 2. imo generalis hodie approbat cōsuetudo vt vbiq; ferè gentiū seruetur. Gail. 1. obs. 19. n. 1. Sichard. ad l. C. commun. diuid. n. 4. neq; abhorret constitutio patriæ Iuliacensis ab hoc iure, de quo in præfati v. *Gulichsche ordnung von Beschudden.**

4. Patet igitur retractum non contra ius commune introductum. *Tiraq. in præfat. R. sed rationabilem esse Benedell. de iure & τιμωρος in Rubr. n. 12. & seqq. qui & hanc adducit rationem; vt pax conseruetur & dissensionum via præcludatur omnis & cognationis proximitatisq; habeatur ratio arg. deducto à minori ad maius ex *l. 4. C. de locat. pradior. civil. ad quod naturalis stimulus nos inducit vel saltem deberemus, quam rationem pro lege sufficere non dubito. l. 7. ff. de bonis damnatorum in princip. alia & hæc accedit ratio; vt bona in agnatione conseruentur. l. 1. §. 13. ff. de inspicien. ventr. l. in fundo 38. ff. de rei vindic. in verbis; siuge pauperem & seqq. Gail. 1. obs. 36. num. 15. l. 69. §. fratre herede 5. l. 77. §. libertis 27. ff. de legat. 2. sic ergo statuunt æquum & naturæ consentaneum. Gail. 2. obs. 19. n. 1.**

5. Fauorabilem hunc retractum esse non dubitamus: nam statutum agnationis conseruandæ gratia introductum est fauorabile. *Forst. de success. ab intestat. lib. 3. c. 4. n. 19. & 20. Menoch. 4. præsumpt. 189. n. 4. multò magis id quod iuris est commune, vt dictum de retractu th. 3. si autē in vno eodemq; statuto fauor & odium concurrat, tum fauori odium postponitur. Tiraq. in præfat. R. n. 66. & §. 30. gloss. 1. n. 33. neq; respectu diuerso fauorabile & odiosum dicatur, eò quod vna eademq; res diuerso iure non possit censerī. l. 22. ff. de vsucap. an autem statutum sit fauorabile & odiosum, ex principali causa siue intentione statuentium id animaduertendum est, *Tiraq. d. præfat. n. 65.**

6. In

6. Intantum autem fauorabilis est Retractus, vt omnis cautela ad sui exclusionem emptori sit inutilis & denegata. *Tiraq. in alleg. prafat. num. 74. & in §. i. gloss. 2. n. 60.* quo in loco negat contrahentes efficere posse tam expresse quam tacite, quin retractui locus sit, quia illud esset disponere de iure alterius, quod prohibitum est. *l. 27. §. 4. vers. ante omnia. ff. de pact. & alteri per alterum iniqua conditio inferenda non est. l. 74. ff. de reg. iur. & per l. id quod nostrum. ff. eod.*

7. Nisi statutum sit quod retractum non admittat; hæc est exceptio à thesi superiori, tunc enim non sunt denegatæ cautelæ, sed si contractui adiectæ sunt, pro non adiectis habentur, nec contractum ipsum vitiant, quia pro abundantanti habentur, quæ scripturas vitare non solent. *l. 94. ff. de R. I. l. 65. ff. de verb. obl. cap. vtile per inutile. 37. de R. I. in 6. l. 20 & 29. ff. de vsur.* tale autem statutum dari, quod scilicet retractum recuset satis liquet & rationi consentaneum est; quia consuetudo & statutum earum sunt virium vt ius ciuile & commune in totum etiam tollere & abrogare queant. *l. 32. ff. de legib. §. constat Institut. de iure nat. gent. & ciuil. in fin.* hinc illud extat, quod mater Dionysij Tyranni Siciliae dixisse fertur, cum filius conaretur cum illa stuprum committere: Tyrannum quidem leges ciuiles posse mutare, sed iura naturalia prorsus tollere nullo modo posse: nec absurdum est iura variare; cum ob id quod variant, iniquum non statuunt, quia ad eundem finem tendunt & concordant cum summis illis præceptis, ad quæ leges omnes regulantur immutabiliaq; sunt.

8. His præmissis expedit vt essentiam siue definitionem retractus recensamus. Retractus est ius quoddam prælationis specialiter aliquibus personis concessum in contractu emptionis venditionis. *Marc. Mantua Penauid. incomm. ad l. dudum 14. C. de contrahend. empt. in princip. vel cum Bocero in disput. de Retract. thes. 1. lit. B. definitio potestatem rem distractam intra tempus definitum solenniter reuocandi. cap. constitutus. extr. de in integr. restitut. l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.*

9. Excipio contractum Emptionis venditionis seu venditionem necessariam, vt si quis in suprema cõstitutus necessitate, fortè, quia est valetudinarium, nec habeat quod in impensas pro valetudine consequenda eroget, vel aliter reb. suis superesse nequit ita vt calamitas illum necessitet rem aliquã vendere, neque per miseriam illi licet interim expectare tempus à iure definitum & retrahenti concessum facta denunciatione. Tali casu alteri cum effectu vendi probatur proximior moram neccente; necessitas enim quæ non habet legem, excepta est in dispositione legali, quia lex tacet superueniente necessitate. *l. 1. de offic. Proconsul l. 1. C. de oper. libert.*

10. Appellatione venditionis in definitione, omnes ferè contractus reliqui veniunt; non quidem ex vi verborum, sed rationis identitate. *l. 29. ff. de stat. liber. circa finem l. 8. §. ii. ff. quib. mod. pignus vel hypoth. Tiraq. de R. M. S. i. gloss. 2. n. 1. & seqq. gloss. 14. n. 1. Menoch. A. 1. Q. cas. 84. vbi casus similes dicuntur*

ob paritatem identitatemque rationis: hinc & in solutum datione non solum conuentionali seu extraiudiciali: sed etiam necessaria, quæ scilicet fit Iudicis auctoritate per sententiam vel interpositionem decreti ius retractus obtinet; quia in solutum datio obtinet vices emptionis venditionis l. 4. C. de euictionib. vbi Dd. & is qui rem in solutum accepit Emptori æquiualeat, & ratio retractus suadet; nam perinde contra eius mentem fit si res extraneo in solutum datur, quàm si ipsi vendatur. Pin. ad l. 2. C. de rescindenda vendit. p. 1. c. 4. n. 8. procedunt hæc, si fundus vel res quæcunque alia datur in solutum pro pura pecunia debita, secus est si in alterius speciei debita, quia cum species pro specie soluitur, est quædam permutatio, quæ regulariter ius congrui respuit, de quo vterius in thes. 52.

11. Occasione thesios non æ statuerere non erubescio; Retractum in hoc casu locum habere, quo non creditori, sed extraneo bona iudicis auctoritate facta subhastatione addicuntur; cum addictio talis non creditori, sed extraneo facta post subhastationem pro vera & legitima venditione habeatur. Tiraq. de R. M. §. 1. gloss. 14. num. 18. & gloss. 9. n. 272. Fach. 2. cont. 20.

12. Definito iam retractu tam genera & species illius, quam ipsorum generum specierumque communes affectiones perpendemus: nec hic ordo procedendi ex motu proprio, verum auctoritate iuris compilatorum procedit, qui prius in elaborandis generum specierumque materia solliciti, post demum illorum communes affectiones enuclearunt; testantur hoc tituli, ff. & C. in ff. titulus communia prædiorum tam urbanorum quam rusticorum. in C. communia de vsucap. tit. communia. vtriusque iud. communia de legat. & fideicommiss. quod ex hac ratione iuris compilatores fecisse verisimile est; quia scientificè & per demonstrationem quid tracturi de singularibus & indiuiduis exordiri non voluerunt, nec poterant teste Philosopho 7. Metaph. cap. 15. & communitate, qui ait de singularibus non esse scientiam; & scientifica demonstratione quid probare, est vsurpare pro medio, definitionem: sed singularia qua singularia nec definiri nec sciri à nobis possunt, ob ignorantiam differentie indiuidualis.

13. Sunt autem genera Retractus duo, quæ aut ipso iure aut voluntate priuatorum constituuntur: cum ipso iure constitutum est, ius appellatur, quod vel ex iure communi vt in l. fin. C. de iure Emphyteut. vel statuto Gail. 2. obs. 19. n. 3. quod tanta vis statuti sit probatur, si pacto efficiatur vt locus sit retractui, ergo multò magis statuto; & valet argumentum à pacto ad statutum affirmatiuè. Ratio quia maior vis legis est, quàm hominis, qui legi subest, Eberhard. in loc. à pacto ad legem. & licet prouisio hominis faciat cessare prouisionem legis, non tamen hoc facit, quasi quid præstantius prouisione legis, sed quasi quid recentius; quod recenter legis prouisionem confirmet. aut consuetudine loci receptum est. Tiraq. in præf. de R. M. & hic posterior retractus, Municipalis dicitur; & sic definiri potest: Ius consuetudinarium competens proximioribus in alienatis à proximo bonis, pretio simili resti-



restituto, recuperandis intra constituta moribus tempora. *Bened. de Iure protimiseos in rub. n. 10.* & hanc definitionem definito suo optimè conuenire assero, quod requiritur *per l. 1. ff. de dolo.*

14. Dicitur est iure communi receptum esse ius retractus, sed vterius qualitatiuè disquiramus, qualiter sit isto iure receptum. Aio, quod vti feudo nouo vendito aut emphyteusi domino datur aduersus extraneum emptorem (nisi emphyteuticum instrumentum alias pactiones habeat, scilicet pactum de vendendo Emphyteusi. *l. fin. C. de iure emphyt.* vel si realis traditio subsecuta non sit, tunc enim nondum censetur emphyteusis alienata. *V. Vurmbf. 1. pract. obseruat. vltim.* vel si quidem subsecuta sit, habeat tamen protestationem adiunctā: saluo & reseruato consensu domini; quod tamen etiam tunc fallit, cum res emphyteutica sit magni momenti, v. g. castrum & traditio sit facta potentioribus. *v. Capoll. caut. 22.* his præmissis & exceptis procedit thesis *per l. fin. C. de iure emphyteut*) condictio ex lege *l. fin. C. de iure emphyt.* actio in personam ex quasi contractu. *arg. tot. tit. Inst. de oblig. quæ ex quasi contract.* & §. 15. *Inst. de act.* ita etiam retrahenti.

15. Patet igitur, quod dominus præferatur extraneo; fallit tamen in feudo nouo alienato in extraneum; si cum domino agnati concurrunt; hi enim illi præferuntur, non tantum cum res vendita est, sed & primo loco ementes, vt scilicet retineant. *Tiraq. de R. M. §. 21. num. 5. 6. 7.* sicut enim agnati in succedendo, ita etiam in retrahendo præferuntur domino. *2. F. §. 1. vers. porro vbi Dd. Tiraq. loco citato, n. 1. 3. n. 4.* tamen ait illud non obtinere in emphyteusi, quia statutum & consuetudo recipiunt interpretatione à iure civili *l. 1. C. de noxal. act. cap. cum dilectus extr. de consuetud.* in quo iure dominus præfertur alijs quibuscunque *l. fin. C. de iure emphyt.* sic in emendis à colono fructibus dominus præfertur alijs *l. 1. C. in fin. de Metallarijs & metal. Marc. Mātua in comm. ad l. dudū 14. C. de contrah. empt. & vend. 57.* Eodem modo feudali iure si paternum feudum in extraneum vel remotiorem agnatum licitè alienatum sit, ad agnatos vasalli ius recompræ spectat. *2. F. 3. §. sed etiam res 2. F. 23. §. Titius Pist. lib. 2. q. 11. 12. Myns. cent. 4. obseruat. 95.*

16. Non extra materiā vagabundi occasione theses precedentis, in questionibus aliquot inquiremus & explicabimus. Prima, cū Dominus feudi vendito feudo aut ius prælationis aut laudimiorum habeat (est autem laudimium id, quod potissimum pro noua inuestitura & receptione noui Emphyteutæ, veluti in compensationem eius damni, quod Dominus ex immutatione personæ sentire possit, datur *Ias. in l. fin. C. de iure Emphyteut. n. 43. v. 3. quaerit in fin.* dicitur ex eo quod dominus laudat vel approbat contractum siue personam nouam vt inquit *Afflict. 2. F. 55. §. illud primo n. 14.* probatur etiam per legem *fin. circa finem C. de emphyteut.* quantitas autem & moles laudimiorum teste *Argentæo de laudim. p. 73.* à cuiusque gentis moribus desumenda; de iure communi quidem quinquagesima pars est *d. l. fin. C. de iure Emphyt.*) vtrum illi semel electo laudimio, vterius ad rem ipsam regressus detur.

detur. Neg. *Tiraq. de R. M. S. 24. gl. vn. n. ii. & de R. C. S. 1. glossa. 3. n. 64. per similitudinem l. 38. in verbo precium petendo ff. de minorib.*

17. Secunda questio, an, si Dominus consentiat in alienationem laudimia debeantur, & affirmatiuam amplector; & quidem tunc necessitatis est domino laudimia deberi; quia nisi consentiret in alienationem, vel præscriptione *d. l. fin.* cogeret consentire, quæ duorum mensium est, non tam laudimium ipsi persoluendum esset, quam res ipsa iure commissi ad eum reuertetur. *Hondodaus lib. 1. p. 3. conf. 36. n. 9. Argentr. de laudem. pag. 29.*

18. In hac tertia questione, an in venditione ad tempus celebrata. v. g. sub pacto retrouendendi facta, laudimia debeantur: distinguendum censeo. in alienationib. puris nullum est dubium sed negotij cardo in conditionalibus vertitur; vnde distinguo inter condiciones; aut enim impediunt dominij translationem, aut retractant, priori casu non debetur laudimium, cum non sit vera alienatio *l. si hominem. 9. de vsucap. l. 4. de in diem addict.* posteriori vero si translatum iam dominum conditio retractat, debetur *l. 2. ff. de in diem addict. tt. ff. de l. commissorio C. 2. l. 3. v. de pact. inter Empt. vide Argentraum de laudim. p. 11.*

19. Hanc questionem & controuersiam, an etiam ex ipsa retrouenditione debeantur laudimia, iterum distinctio dirimit: vel ipsa retrouenditio per modum conditionis est & pacti quod in continenti est adiectum contractui idemque est cum contractu & ei legem dat *l. 7. ff. de pact. §. 5.* neque tunc plures sed vna est venditio, estque retrouenditio sequela prioris contractus, hoc casu non nisi simplicia & semel debentur laudimia *Tiraq. de R. C. S. 6. gloss. 2. n. 20.* vide & *Argent. de laudim. p. 12.* vbi ait, verius esse non deberi, eo quod non proueniat à libero consensu, sed vi & necessitate præexistentis contractus cuius pars est executio; agitur enim ex prioris venditionis contractu ad redimendum vel reuendendum. vel retrouenditio est pactum ex interuallo contractui emptionis venditionis appositum ab eoque disceditur vel sine pacto & duplicia debentur laudimia; quia duæ distinctæ venditiones sunt, vnum ex priori venditione, alterum ex reuenditione.

20. In hac finali questione: an à dissidentib. à contractu perfecto laudimia debeantur, affirmantium partes tueor *Pist. l. 1. q. 5. n. 13. 14.* etiam si ob nõ solutum precium venditor necessitetur recipendam & poeniteat, quod intellige, si poenitentia sequatur ex interuallo siue non ingressu contractus, & non integris rebus *l. 7. §. 5. ff. de pact. l. 17. C. de fide instrumentor.* vide *Argent. de laudim. p. 4. n. 4.* quia non ratione pecuniæ numeratæ, sed potius ratione personæ laudimia persoluantur per alienationem immutatæ, quam si dominus approbet & laudat laudimium illi inde debetur *d. l. fin. C. de iure Emphyteutico in verb. transponere & in verb. qui in aliam personam transfertur.*

21. Retractus municipalis varias species habet: Retractus territorialis *die Marklösung* dictus, censualis *Zinslösung* partialis *die Theillösung* gentilitius *die Erblösung* quæ & alias redemptio agnaticia fundorum, &c. & licet plures

res

res sint, referri tamē possunt ad species recensitas modo utpote principales.

22. Sed cum species, ut fiat præexistentem requirat materiam; sine ea enim perfici nequit *Paulus in l. 7. §. 7. ff. de acquir. rer. dom.* prius materiam quam ut species declarem, indagabim<sup>9</sup> materia est res soli aut immobilis v. g. fundus (huc spectant res etiam illæ, quæ immobilium loco habentur ut fructus pendentes *p. l. 44. ff. de rei vindicat.* in quibus tamen ius protimiseos non aliter locum habet, quam accessionis nomine *Tiraq. §. 1. gloss. 7. per tot.*) Hæreditas *Tiraq. de R. M. §. 1. gloss. 7. n. 82. 83* usufructus, nomina actiones & regulariter omnia iura & nomina ad instar scil. immobilium rerum diu durantia & permanentia, actionesque rerum immobilium nomine competentes. *Pinell. ad Rubr. C. de bonis matern.* res enim ipsæ, quæ in nominibus sunt per actiones representantur *Argent. in ius Britannicum §. 2. 19. gloss. 6. n. 9.* de super etiam videndus *Gail. lib. 2. obs. 10. n. 4. ad finem vsque. idem 2 obs. 11. n. 10. 11.* & de usufructu dubitari vix potest, tum quia etiam rei immobili inhæret & certo modo eiusdem pars *l. 4. ff. de usufruct.* imo pars dominij vel fundi dicitur ac consequenter immobilis; sicq; velut totum retractum admittit *l. qua de tota. l. 78. ff. de rei vindic.* adde legem *76. §. 2. ff. de legat. 2. l. 58. de verb. obligat.* modo impedimentum legale non repugnet & ab extra impedimentum non obstat ut alienatio permittatur verb. caus. si sint res minoris sine decreto alienatæ vel res pupilli. *l. 22. C. de administ. tut. vel curat. & tot. tit. C. de pred. & alijs reb. min. non alienand. vel obligand.* cur autem in immobilibus potius, quam mobilibus. Ius Recompræ siue protimiseos competit, hæc est ratio: mobilium vilis est & abiecta possessio. *l. si rem mobilem. 47. & ibi gloss. ff. de acquir. poss.* & immobilia multo digniora sunt *l. 15. in princ. qui satisfacere cogantur. l. 1. C. de vsucap. transform.* *Tiraq. gloss. 7. n. 101. de R. lignagier.*

23. Quæstio moueri posset, utrum retractus etiam obtineat in re mobili interim præciosissima. v. g. vnione Cleopatrarum Negatiuam tenet *Tiraq. gloss. 7. n. 101. de R. M.* sed obstare videtur *l. 22. C. de administrat. tutor. gloss. in cap. tua in verb. tractatur.* extra de his quæ fiunt à Prælati. Resp. quod retractus competat in mobilibus, hoc non ideo fit, quia mobilia, sed quia accessiones immobilium sunt. *l. 1 §. 6. ff. de vi & vi armat. l. penult. eodem tit.* & immobilia utpote digniora & potentiora, trahunt ad se mobilia minus digna & potentia, ita ut eodem iure in eadē re censeri debeant non è diuerso *l. 23. ff. de vsucap. vide cap. quod in dubijs de consecrat. Eccles. vel Altar.* vbi sacrum oleum tanquam magis dignum, trahit ad se non sacrum.

24. Nec refert an res immobiles, in quibus retractum competere dictum est, sint feudales. per constitutionem Friderici. *5. F. 13. Vult. de feud. lib. 1. c. 11. n. 81 per §. sed & res. 2. F. 3. & §. porro. 2. F. 9.* siue Emphyteuticæ. *l. fin. de iur. emphyt.* *Tiraq. de R. M. §. 1. gl. 3. n. 2. & gl. 13. n. 8.* siue allodialis siue sæculares siue Ecclesiasticæ. *Tiraq. de R. M. gl. 13. n. 4. 5. 6. 9.* datur autē retractus contra emptorem rei Ecclesiasticæ, nec fit contra Ecclesiam sed possessorem rei, quæ

B

affe-

affecteda est onere retractus per alienationem, quam rem solam & possessorem inspicimus l. 2. §. 8. ff. de petit. heredit. & per illam Benedell.

25. Utilitatis causa restat ulterius inquirere an sequentia ad immobilia, an ad mobilia referre oporteat. Navis ad mobilia quin referatur non dubito, licet habitationis quandam speciem habeat & domus. l. naue. 36. ff. de euid. auctor est Tiraq. de R. M. gloss. 7. n. 90. & cur mobilibus eam associem ducor l. 1. §. 6. de vi & vi arm. quo in loco patet interdictum unde vi ad immobiles solummodo & non mobiles res pertinere & nihilominus tamen ibidem §. 7. non est illi locus interdicto ait, si quis deiectus de naue l. 20. §. 4. quod vi aut clam hinc habere nauem, non excusat à satisfactione. Alber. in l. 15. ff. qui satisfacere cogantur. neque seruitus ei, quia modicum tempus duratura est imponi potest. Angl. in l. foramiē 23. in fin. ff. de seruit. urb. pred. siue etiam navis sit quinque remis siue oneraria siue Flandrica: mobilia enim corpora sunt, quæ apta sunt suum mutare situm & localiter transferuntur natura & usu, licet sint tanti ponderis vt difficulter moueantur.

26. Item inter hæc, quæ ad mobilia referuntur etiam domum exemptilem recensere non erubescio l. 60. ff. de acquir. rer. domin. Accurs. in §. cum suo in verb. inædificatur Inst. de rer. diuis. iuncta l. 1. §. 8. de vi & vi armat. & gloss. in verb. cohereat. eiusdem l. §. 8. & 6. intelligo autem hic domum exemptilem, quæ solo ita affixa non est, quin continuo eximi possit & soleat.

27. Circa machinas bellicas castri, cuiusmodi sunt omnes munitiones ac bellica munimenta castrorum & arcium ad eas defendendas perpetuo destinata, an ad mobilia an vero immobilia referenda sint, distinctio obseruanda est: aut vna cum fundo venduntur, aut separatim: si vna, nullum est dubium, quin retractui locus sit & in ordine ad subiectum immobilia sunt, quia maius dignum ad se minus dignum trahit cap. quod in dubijs de consecr. Eccles. vel alt. l. 23. de vsucap. l. 3. ff. de diuers. & temp. prescript. lib. 44. tit. 3. si separatim, loco mobilium eiusmodi machinæ habendæ sunt. l. 59. §. 4. ff. de legat. 3. l. 76. de contrah. empt. l. 54. §. 1. de act. empt. l. 17. & 18. eod. Tiraq. gloss. 7. num. 99.

28. Pisces in stagno vel piscina an mobilium an immobilium loco censentur cum distinctione intelligendum est: refert enim an pisces stagnis repositi vt sobolescant & ibi multiplicentur, vti quolibet ferè triennio alij pro fructificatione immittuntur; an vero seruandi causa & custodia piscina includantur, quia priori casu pars fundi; etiam eius iuris habentur; secus posteriori VVesenb. in parat. de contrah. empt. n. 8. & de acquir. rer. dom. n. 7. de molendinis, in aquis quæ natant & ventis agitantur statuo ea, si non vno in loco immobiliter persistant, sed nauium ad instar super flumina meant atque remeant, mobilia esse. Rip. in l. quo minus. n. 126. ff. de fluminib. Tiraq. gloss. 7. num. 92.

29. Postulat ordo nunc specierum Municipalium retractuum declarationem. Territorialis retractus per statutum aut loci consuetudinem est ciuium vel indige-

digenarum si immobilia territorij ciuitatis suæ aut pagi in extraneos aut quidem forenses, sed non ciues, sint alienata: nilq; refert clericorum & monasteriorum sint siue laicorum, præcipue si statutum nullâ inter prædia, vtatur distinctione *Bl. in cap. cum venissent, n. 6. extr. de eo qui mittitur in possess. caus. rer. seruand.* An vero & quando laicorum statuta etiam generalia obligent clericos & Ecclesiam videri potest *Gail. 2. obs. vers. 32. Marant. disp. 8. Hondodaus 1. vol. consult. part. 1. cons. 3. n. 4.* qui hac etiam vtitur distinctione, *all. loc. n. 31.* aut statutum in rem aut in personam constitutum est. Hic retractus territorialis statuto Friburgi Brisgoiæ receptum est. *Zaf. in l. multum interest. 34 ff. de ver. obl. n. 2.* & ratione statuta permittentia hunc retractum nõ destituuntur, & hæc est: vt bona inter subiectos conseruentur, vt subditi sint locupletiores, ne ciuitati vel alij cuius imperium & potestatem habenti, iurisdictio super immobilibus bonis periat & subsidio collectarum careat ex priuilegio personarum. *Gail. 2. obs. 32. n. 5.* & hæc intelligenda sunt quoad bona scilicet à clericis acquirenda, non vero acquisita, *Gail. loco iam citato vide thes. 23.*

30. Censualis ex eadem causa efficiente, qua territorialis ob hanc rationem competit, quia duo aut plures ex prædijs, quæ singuli possident, communẽ censum fundiarium vel imposititium vni domino quotannis tribuunt. inter censum fundiarium & imposititium hæc differentia notanda, quod fundarius fit si prædium alicui sit datum hoc nomine vt singulis annis census inde præstetur. imposititius verò, si data pecunia ob id est, vt fundus censum præstet.

31. Gentilitius retractus est cognatis aduersus extraneum ementem ab aliquo consanguineo rem ex communi familia. De hoc retractu *vide thes. 1. & 2.* respicit autem magis personã, quæ scilicet sit consanguinea ratione cuius competit, quam rem ipsam vt partiarus retractus rem potius quam personam spectat, quia ratione rei coniuncta competit videlicet partiarus retractus. Notandum venit ratione Gentilitij retractus, quod in dubio res patrimonialis præsumatur, non acquisititia. *arg. l. 16. C. de probat.* quia naturalia potius quam accidentalia præsumuntur, *Forst. lib. 6. de successione. c. 37. n. 49.* incumbit tamen onus probandi & allegandi consanguineo rem esse patrimoniam, *Menoch. 6. præsumpt. 25. n. 14. Gail. 2. obs. 31. n. 18.* Retractus Municipalis vltima species est, Partialis retractus, qui datur partem rei immobilis possidenti contra ementem rei istius immobilis aliam partem. *arg. l. diuisionis 25. de pact. arg. l. si fratres. C. commun. vtr. Iudic. l. 14. & 24. C. fam. mil. heriscurd.*

32. Admittitur autem ad hoc ius *ῥοτιμῆσις* gentilitium omnis consanguineus proximior regulariter; regulariter autem dico propter exceptionis quasdam, v. g. in venditis Regi publici commodi causa, vnde propter vsum publicum ciuitas exclusis venditorum cognatis prædia retrahit *Choppin. lib. 3. de domino Francia. tit. 23. n. 2. 3. vide Matth de Afflict. in tractat. de iure protimis. §. 3. n. 1.* vbi plures enumerat.

33. Magnam cum hoc retractu cognatione habet ius successionis, itaque  
vbi in successione proximior excludit remotiore, ita etiam in hoc retractu,  
quoad hoc enim omnino naturam imitatur successionis. *Tiraq. de utroque  
retractu §. 1. gloss. 9. n. 6.* proximus siue proximior dicitur, quem nemo prece-  
dit vt postremus quem nemo sequitur, *l. 92. de verb. signif.* & si gradu sint pa-  
res, admittuntur pariter. Ius representationis autem in hac materia tantæ  
non est efficaciam vt parem gradu aliquem faciat, quia in hoc iure non admit-  
titur. Ratio est, quod mentio proximi vel proximioris non eum etiam com-  
plectitur qui sequenti gradu est, licet ille priorem representare soleat. *l. 23.  
§. 1. ff. de bon. libert. l. 2. §. 4. & 5. de legit. tutor.* hinc est, quia gradus prioritas  
spectatur precise, quod fratris filij cum Patris non admittantur per repre-  
sentationem patris ad succedendum ex statuto; eò quod representatio non  
obtineat in his, quæ ex statuto deferuntur. *Bald. cons. 30. presupposito statuto  
col. 2. v. secundo quaritur lib. 1.* & ob hanc rationem, ne duo specialia circa  
rem eandem concurrant quod notat *l. 1. C. de dotis promiss.* & iuris representa-  
tionis beneficium iuris specialis esse, non communis, patet ex *Novell. 118. c. 3  
vers. privilegium.* vbi privilegium nuncupatur, vide *Tiraq. de R. M. §. 11. gl. 9.*

34. Intelleximus consanguineos proximiores ad hunc retractum admit-  
tendos ob rationem *dict. thes. 1. & 2.* ne scilicet res exeant e familia & genere  
(quæ etiam ratio obtinet in statuto, idque confirmat, quod foeminas supersti-  
tibus masculis a successione excludit, cuiusmodi & statutum Iuliacense vi-  
delicet, vt bona maneat in familia. *l. penult. ff. de ventre inspici. Cyn. in l. 1. C.  
de Adult.*) quapropter, vt clarius pateat, qui ad hoc ius non admittuntur  
recensebimus; contraria enim iuxta se posita magis elucescunt.

35. Repelluntur ab hoc iure Bastardi, tum quia ius successionis non ha-  
bent. *Gail. 2. obs. 88. n. 20. l. humanitatis. C. de naturalib. liberis.* nisi in mater-  
nis secundum distinctionem. *l. si qua illustri. C. ad Scutum. Orfi. Zaf. in l. sti-  
pulatio hoc modo. n. 46. ff. de verb. obl.* tum etiam quia cessat ratio & causa in-  
troducendi d. ius: vt res scilicet maneat in familia & agnatione *Bartol. in l.  
pronunciatio §. familia. ff. de verb. sign.* tum quia iura sanguinis non habent,  
nec dicuntur cognati, *l. Spurius ff. vnde cognat.* multò minus agnati: idem  
sentio de legitimo & naturali simul, nato tamen ex parentibus bastardis:  
ratio, quia destructo ordine destruitur & ordinabile, *l. tria prad. 32. ff. de  
seruit. R. Prad.* & origine rei sublata imago non relinquitur, *l. 1. in princ. C. de  
latin. liber. tollend.* vide *Argentream ad iur. Britannicum, art. 450. gl. 1. 2. 3.* vbi  
Iustinianum admittentem concubinatum vehementer reprehendit, aiens,  
laudandam potius maiorum suorum sapientiam, quæ omnem istam contro-  
uersiarum siluam vno foco concremarit, reprobando videlicet concubinatum.

36. Item legitimati, eo quod statutum tale stricte sit intelligendum, *Ti-  
raq. §. 1. gloss. 8. n. 12. Gail. 2. obs. 19. n. 7.* filij spirituales: nam spiritualis neces-  
sitas, nihil cum externis commune habet, *Gail. 2. obs. 136. n. 17. Schneid. Inst.  
de hered. qua ab intest. r. de success. fil. spiritual.* Monachi, moniales vestales &  
reli-

reliqui religiosi; pro mortuis enim hoc genus hominum habetur, ideoque nihil proprii habere iubentur, *c. 8. 16. q. 1. c. 6. de statu monachor. Authent. ingressi. C. de SS. Eccles. Gail. 2. obs. 122. in fin.* notandum ingredientem & ingressum monasterium, diuerso in hoc uti iure: ingressus autem non dicitur, nisi professionem fecerit & hic non utitur iure retractus, licet alter utatur, *Tiraq. gloss. 8. n. 21. vsque ad 41.*

37. Ecclesie, monasteria his accedunt. *Gail. 2. obs. 1; 6. n. 7.* Adoptiui, quia in illis cessat ratio dispositionis huius retractus. Secundo quia adoptiui filij, ficti sunt filij, & ideo statutum de filijs loquens hos non admittit. *Tiraq. de R. M. §. 1. gloss. 8. n. 16.* Banniti, precipue si perpetuo ab imperiali culmine banniti sunt. *l. 5. §. 1. de cap. minut.* quia ius agnationis perdit; imo mortuis adæquatur. *l. 1. §. quidam filium. 8. in fin. ff. de bon. poss. cont. ab. Tiraq. §. 1. gl. 9. n. 27. 28. 29.* Venditores, non obstat: quod indultum est consanguineo eius propter ipsum, multò magis eidem concessum videtur. *Authent. multò magis C. de Epist. & cleric.* tum etiam quod in eo perinde atque in consanguineo suo locum habeat ratio retractus, quare etiam idem ius seruandum. *l. 32. ff. ad L. Aquil. l. 8. §. 4. de alienat. iudic. mut.* precipue si coactus rem vendat. Respondent nonnulli, cum venditor teneatur de euictione, ipsi quidem concedi rem venditam repetere, sed tunc obitare exceptionem, qua submouetur; improbe enim rem à se alienatam euincere conatur. *l. 17. ff. de euict. l. 38. ff. de condict. indebiti. l. 15. ff. si seruitus vindicetur.* neque possum venire contra factum proprium, *l. post mortem ff. de adopt.* quando autem & quomodo quis venire possit contra factum proprium, vide *Marant. cons. 79. n. 24.* Deinde venditor quantum ad se, vendendo, se à lienum facit & illi videtur renunciassè scilicet rem in familia manere, cum ipsemet illam alienando extra familiam posuerit; tacite enim & facto renuciamus. *c. inter monasterium. & ibi gloss. in verb. renunciassè. extra de sent. & re iudicat. Tiraq. §. 1. gloss. 9. n. 38.* filius familias vero in sacris patris constitutus in re à patre vendita prælationis habere ius affirmo. *Tiraq. gl. 9. n. 47. 48. 49. & seq. vsq. ad 59.* Ratio, quia hoc beneficium est personale in rem scriptum filio nato & concepto tempore venditionis competens non ex patris persona, sed ex sua propria. Idem statuo de exheredato. *l. 10. §. 1. Iulian. ait ff. de bonis libert. quia exhereditatio Patris non facit filium à genere alienum. l. 3. ff. de interdicit. relegat. l. 6. C. de patria potest. l. 1. §. post suos. ff. de suis & legitim. Tiraq. §. 1. gloss. n. 45.*

38. An autem foemina cum & caput & finis suæ familie sit, *arg. l. 195. §. fin. l. seq. §. 1. ff. de verb. signif. l. 1. §. fin. de iur. immunit.* & sic ratione impulsua Retractus, quæ est ut res in agnatione & familia maneat, in illa deficiat ad ius Præationis admittenda sit dubitari potest, affirmantibus, hoc, porrigere herbanon dubito *Tiraq. de Retract. Lignagier. §. 1. gloss. 9. à n. 139. vsque ad n. 244 ex l. fin. C. de verb. & rer. signif.* quia familie nomen tanti vigoris est, ut comprehendat liberos, consanguineos, propinquos indifferenter siue mares siue foeminae *d. l. fin. & generis appellatio pertinet etiam ad familias descendentes.*

tesq; ex ijs l. 2. C. 20. ff. de verb. signif. Et eadem lineâ quâ mares etiam foemine complectuntur. *Tiraq. los. cit.* sublata etiam est differentia sexus & agnationis *authent. cessante authent. post fratres fratrumq;* C. de legit. hered. l. 4. C. de liberis prator. vbi eleganter Imp. Iustinian. ait, qui enim tales differentias inducunt, quasi naturæ accusatores existunt, cur non totos masculos generavit, vt vnde generentur non fiant, licet quidam limitandum censent, si v. g. statutum sit vt existentibus masculis foeminæ non succedant, ex *Tiraq. S. 1. gloss. 8. n. 13.*

38. Haftenus de materia in qua vt circa quam, sine, sat breuitatis causa dictū existimo, superest vt de illis quæ ad formam & effectum huius retractus spectant, id est, affectionibus solennitatibusq; aliquid statuamus intra statutum tempus pretium offerre tenetur retrahens. illud autem tempus multifarium est & pro locorum, statutorum vsus longæui morumque hominum diuersitate aliter atque aliter introducitur. ex l. fin. C. de iure emphyt. est duorum mensium; ex iure feudali, tempus annale l. 2. F. tit. 9. ex ord. Iuliacensi titulo von Beschudden annus & dies, ita vt præsentibus intra sex septimanas quatuor pro vnoquoque mense computando septimanas ius retractus proferant, absentes vero & minores intra annum & diem à tempore facti contractus: verum tutissimum est, cuiuslibet regionis consuetudinem & morem obseruare l. 6. ff. de euct. hoc annale & diei tempus, iuris etiam communis est; ne res semper cum alieno discrimine in pendentemaneat, & tutissimum dicasterium Camera imperialis illud quoque obseruat teste *Gail. 2. obser. 19. n. 14. Myns. 3. obs. 51.* eo autem tempore effluxo, tacita eius iuris renunciatio introducitur, ita, vt moram purgare amplius non sit integrum, quia terminus legis est peremptorius *Gail. 2. obs. 19. n. 10.* notandum venit, quod de iure communi, non in retractu tantum, sed alias etiam regulariter tempus simpliciter prolatur, de annuali intelligatur. *Tiraq. de R. M. S. 1. gloss. 10. n. 3. 4. 5. 6. 7.*

40. Precium quod offertur & redditur, iustum & integrum realiter offerri debet scilicet emptori, l. 1. Iulianus. S. offerri 8. de act. empt. l. 2. C. de pact. inter empt. nō apud acta *Tiraq. de R. M. S. 9. in fin. gl. 3. & vlt. n. 1. & seq.* & si pars nummi summæ offerendæ deficeret solummodo tantum emptor acceptare non teneretur; quia deficit forma offerendi precium, quæ requirit vt iustū & integrum precium offeratur: formæ autem omisio etiam in minimo, totum vitiat: vt *Bald. Imol. in l. 1. de liber. & posthum.* deinde quia particularis solutio, vt pote damnosa & incommoda, non sufficit l. 3. ff. famil. erciscund. nisi ignorantia retrahentis sit ratione precij & impensarum factarum, eo. n. casu particularis oblatio cum protestatione de residuo etiam soluendo obtinet l. 5. l. 34. S. Imperator in fin. ff. de statu liber. *Gail. 2. obs. 19. n. 9. Tiraq. de R. M. S. 1. gloss. 19. n. 2. & seq.* Et oblatio cum depositione partis & cautione pro residuo, habet vim solutionis in illiquidis p. l. fin. C. ad L. Falcid. l. si patronus de donat.



41. Offerre pignora & fideiuffores in locum pretij sufficere non credo; quia id soluere non est *l. 4. §. ait Prator 3. de re iudicat.* quo in loco soluere condemnatus, non ob id liberatur, quia dedit idoneos expromissores. quod si oblatio rite facta est, neque emptor acceptare velit, superest remedium & solenne requisitum retractus vt scilicet pecunia ob signata rite deponatur. *l. ob signatione 9. C. de solutionib l. 72. ff. eod. Tiraq. de R. M. §. 7. gloss. 3. n. 1.*

42. Haud sufficit etiam vt precium, prout dictum, offeratur, sed vltius requiritur, vt cum eo coningantur in oblatione sumptus & expensæ tempore contractus factæ *l. intra vtile §. fin. ff. de minor. quib. & sumptus vini,* vulgò den Weintauff an numero. *Gail. 2. obs. 19. n. 7. 8. 9. Tiraq. de R. M. §. 1. gloss. 17. & gloss. 18.* Et quòd emptor perfecta emptione precio adiecit *arg. l. debet 27. ff. de adilit. edict.* Questio moueri potest an integrum precium restituendum aut offerendum, si pretium sit iusto maius: quod affirmo per *l. penult. & fin. C. de locat. prad. ciuil.* tum etiã quia non tam iusta rei æstimatio spectatur quàm id solummodo, quid emptor dederit. *Tiraq. de R. M. §. 1. gloss 18. n. 1. & seq. & per l. fin. C. de iure Emphyteut. ad quam Salicet. Ias. aliq; notant* quòd si Dominus rem emphyteuticam emere velit, emphyteuta non teneatur aliquid remittere de precio quod ab alio habere possit: addi tamen hæc exceptio potest: nisi dimidio plaris res vendita sit competatque remedium *legis 2 C. de rescind. vend.*

43. Retrahens verò in vtilitatem suam propriam, non in alterius, hoc iure vtatur; & si in fraudem consanguinei iustum precium & expensarum modus sit excessus tunc nihil tenetur refundere, quia pro eis quasi voluptuarijs non datur repetitio *l. pro voluptuarijs 9. de impens in res dot. fact.* præcipuè si retrahens cautela hac vsus fuerit, quam tradit *Gail. 2. obs. 19. n. 9. & 10.* vt nullos sumptus faciat emptor.

44. Est præterea de solennitate atq; necessitate retractus vt denunciatio solennis & legitima ab emptore fiat retrahenti non solum quod alienatio facta sit, verum etiam eius circumstantiæ notificentur omnes & qualitates, vt certam retrahens proximus habeat scientiam alias sciri non dicitur nisi verè sciat *Pist. lib. 2. q. 12. n. 39. & 40. l. in totū 76. ff. de reg. iur.* Ratio cur fieri debeat denunciatio hæc est: vt retrahens in mora constituatur & tempus currat ad petendum ius congrui quod non currit, nisi à die denunciationis *l. 12. §. cohæredes ff. de verb. oblig. Tiraq. §. 1. gloss. 10. n. 20.* in conuentionali retractu tamen opus non est denunciatione, neque in conditionali, quia conditio pro interpellatione & denunciatione habetur; vnde à die euentus conditionis tempus currit *l. cum notissimi 7. §. illud 4. c. de prescript. 30. vel 40. annor.* simulato contractu emptionis venditionis interim tempus non currit retrahendi nisi à tempore isto, quo fraus apparet siue à die scientiæ, *l. 55. ff. de adilit. edict. l. 6. annus ff. de calumniator.* computatur autem detectam esse fraudem solum à die latæ sententiæ non etiam litis contestationis.

45. Vltius ratione theseos 36. inquirendum est, quid iuris sit si res per mul-

multorum emptorum manus ambulet, an nihilominus retractui sit vniforme tempus quod Affirmo hac ratione motus, ne alias per hominum calliditatem in infinitum extendatur, quod legi repugnat *l. 11. §. 4. de legat. 3. l. fin. C. de Episcop. & Cleric.* si bissextus sit in isto anno, qui consanguineo currit, dies intercalaris prodest quasi annus esset auctus *l. 2. ff. de diuers. & tempor. pres. lib. 44. tit. 3. ff.* quia illud biduum pro vno habetur die. *l. 3. §. minorem 3. ff. de minorib. l. cum bissextum 98 ff. de verb. signif. c. 14. extr. de verb. signif.* annus autem hic an utilis, an continuus sit dubium erat; sed statuo continuum, quia omne tempus in dubio intelligitur continuum & ab vno momento in aliud computandum est nisi contrarium probetur *l. denique §. 3. ff. de minorib. l. 1. §. dies ff. quando appellandum.*

46. Quæstionis est, quando tempus incipiat currere, statimne à contracta venditione ante traditionem rei, an verò ea demum subsecuta, quod volo, mediante tamē vt infra dicitur denunciatione; licet ante traditionem rei *Daniel Moller p. 2. const. elect. 32. n. 5. & 6.* illud currere dicat, taliq; modo obseruari in iudicando. idem ait in Gallia obseruari *Tiraq. de R. M. §. 1. gloss. 2. n. 50.* ex illa ratione quod solo consensu perficiatur emptio venditio ante traditionem & consensus sit essentialis perfectio absque traditione. Obstat (quod tamen nostram confirmet sententiam) *l. si ager 50. de rei vind. l. 20. traditionib. de pact. C.* ex quib. 11. patet ante traditionem rei emptorem non esse dominum. respondent. sit quod rem ipsam non habeant, largimur, tamen actionē habent ad rem & dominum sibi tradendū, si venditor sit Dominus *l. 11. ex empt. ff. de act. empt. in princ. l. in cōventionalib. 52. ff. de ver. ob. infin.* qui autem habet actionem ad rem, rem ipsam habere videtur *l. 15. ff. de Reg. Iur.* Sed Resp. ad hanc legem pro nostra sententia cum Decio ibidem quod hæc lex per modū fictionis loquatur dum ait: videtur. vnde etiam glossa dicit, quòd habens dominium rei, & rei vindicationē propriè dicatur rem habere. Præterea respondeo, licet in actione reali verè quis habeat Dominum, plus tamen est habere rem apud se quam habere actionem ad rem recuperandam propter commodum possessionis, quòd exigui non est momenti §. *commod. inst. de interdict. l. is qui. de rei vindic.* & ideò alia lex quæ eodem habetur tit. *de Reg. Iur.* ait: minus est actionem habere quam rem. Deinde pro confirmatione nostræ opinionis sic concludo. vbi perfecta & consummata venditio non est, ibi neque retractus locum habet & per consequens tempus retractus currere non potest. *Tiraq. §. 1. gloss. 2. n. 22. 23. 24.* idem videndus eodem loco *n. 32. 33. & 44. 45. 46. & seqq.* sed vbi traditio facta non est perfecta & consummata venditio non est. §. *vendita Inst. 41. de rer. diuis.* ergo. Secundo cessante causa retractum admittente & impulsua etiam ipse cessabit. *Ias. in l. 15. cui legatus. 49. de legat. 1.* sed hic deest causa siue ratio admittens retractum, illa scil. vt bona maneant in familia venditoris, quia sola venditione, non facta traditione, dominia rerum non transferuntur. *l. 20. C. de pact. l. 50. ff. de rei vindicat.* Ex multorum locorum obseruantia

nantia patet tunc retractum omni parte perfectum esse incipere cum venditio est relata in acta siue in librum publicum hereditarium in das Erbbuch/ Tiraq. gloss. 10. n. 12. 15.

47. Succedit & alia Quæstio; an ab eo tempore, quo alicui constat ius retractus competere ad fundum alienatum, eumque distractum esse, an verò scientia sola id perficere non possit, vt tempus currat sed vltius requiratur denunciatio, quod verum esse persuasum habeo, non tamen nego scientiam requiri: sed nego tanquam sufficientem vt sc. sola faciat tempus currere ab illo momento, quo nata; vnde præter illam requiritur denunciatio probatur *Afflict. de iure*  $\alpha\tau\iota\mu\kappa\sigma\tau\omega\varsigma$  §. 2. n. 1. & 2. ait: aut respicimus finem sciendi & sufficit sola scientia *l. item veniunt* 20. §. *petitam* 11. *de petit. her.* aut quoad effectum aliud inducendi vltius vel prohibendi & non sufficit scientia *l. denunciaffe* 1. *de adulter.* quod vltimum in nostra obtinet materia. Secundo quia denunciatio est de forma & substantia, sicut forma rei est de substantia rei, & forma in actibus hominum est de substantia ipsius actus ergo scientia non sufficit *Tiraq* §. 1. gloss. 10. n. 20. generaliter tamen in omni materia, quæ generalitatem admittit, de iure communi ignorantem tempus non currit, *l. 15. §. annus 4. & seqq. quod vi aut clam* l. 6. *in fin. ff. de calumniator.* idem obtinet de iure feudorum. 2. F. 9. §. *porro in verb. vel annali scientia* & 2. F. 26. §. *Titius filios.* Si autem in nostra materia de scientia & ignorantia dubitetur; standum erit iuramento asseuerantis se ignorare: Ratio est, quia ignorantia præsumitur *l. 11. de probat.* dissentit quoad quid *Gail.* 2. *obs.* 19. n. 17. 18. vbi vult communem esse opinionem tempus hoc currere à die traditionis rei venditæ etiam ignorantem, sed ex causa ignorantie retrahenti superesse in integrum restitutionem. In tantum autem denunciatio requiritur, vt licet retrahens præsens in venditione fuerit, aut testis in eadem fuerit, nihilominus tamen illi denunciari debeat. *Marc. Mantua. ad l. dudum* 14. *C. de contrah. empt. n. 31.*

48. Non requiritur iteratio denunciationis siue pluralitas, sed vna facta satis est. *M. Mantua ad l. dudum C. de contrah. empt. n. 32.* quæ si legitimo modo facta minimè reperitur, aut nullo modo, non currit præscriptio retrahenti nisi 30. annorum, qua solent omnes aliæ actiones, concludi *l. sicut* 3. *l. omnis* 4. *l. 7. C. de præscript. 30. vel. 40. annor.*

49. Cui autem facienda denunciatio, videre restat & regulariter illi cuius interest rem retrahi, etiam minoribus & pupillis tutorum habentibus, si præsens vel absens tali modo est vt accedi quocumque etiam modo non possit. infanti tamen denunciatio facta nõ valet; vnde pupillis, quibus denunciatur, maiores infantibus esse cõuenit, *per l. fin. ff. de iuris & facti ignor.* verum si pupilli destituantur tutoribus tempusq; lapsus sit intra quod retractus fieri debuit, dabitur regressus pupillo contra magistratum secundum Bald. vel in integrum restitutio *l. 1. §. magistratibus. 6. ff. de magistrat. conueniend. tot. tit. ff. de minoribus.* Quæ non tantum illi soli prodest, verum etiam consortibus in

C

cau-

causā indiuidua non autem in causā diuidua *Dd. in l. 1. C. de consort. eius. lit.* fit etiam Procuratori retrahentis denunciatio, qui vel habet liberam administrationem, vel non: si habet, singulare mandatum recipiendi alterius nomine pecuniam, & dandi apocham, Procurator ostendere necesse non habet: si verò non habet liberam administrationem, ostendere debet, quia ei facienda solutio est qui potest accipere & offerentem liberare. *l. si reus paratus. 73. de procurat.*

50. Præstant ansam quærendi superiora in quib. de tempore præscriptionis Retractus nonnulla diximus intra quod tempus præscribatur iuri retrahendi, si venditio facta sit cum gratia redemptiua & huic pacto nullum certum tempus sit præstitum, sed simpliciter conuentum, venditorem precio restituto posse redimere; & concludo nunquam huic facultati præscribi posse & nitor *l. quod si nolit 31. §. si quid ita 22. de adilit. edict.* ex qua patet, quod pacto inter emptorem & venditorem inito quandocunque res displiceat, redhibeatur, perpetuo redhiberi possit & restitui: eodem modo per conuentionem partium actio & obligatio potest extendi in infinitum; *l. 14. si ita stipulatus. ff. de verbor. obligat.* & contractui conditio inserta semper adimpleri potest. *l. hac conditio. 10. de condit. & demonst.* deinde hæc sententia munita est approbatione Camerae, teste *Myns. 1. obs. 16. & 6. obs. 7. Gail. 2. obseru. 18. n. 4. & iure Saxonico Nouell. Elect. August. p. 2. const. 1. Treut. 1. disp. 28. thes. 10. lit. D. Cuiac. ad l. 13. de vsucap.*

51. Concludendā restat, antequam effectum retractus inspiciendum sumamus, quæstio, huic materiae accommodatissima; quodnam retrahens precium restituere teneatur, si res distracta & obnoxia retractui pluribus sit distracta, siue pluribus vendita, anne precium primi emptoris, an secundi, an tertij &c. non recedam à statuentibus, qui primum precium, id est, precium emptoris primi, non habito respectu cæterorum siue illorum precium maius siue minus fuerit. teste *Tiraq. de R. M. §. 12. gloss. 1. num. 1. l. 19. §. penult. si is qui emat. ff. de cap. & postlim. reuers.* & ne secundus conquerendi causam habeat, quod forte precium suum maius fuerit, quam primi emptoris; est æquum & conuenit, vt residuum secundo emptori restituat primus, & sic indemnis euadat secundus, qui hoc actione ex empto, à primo consequi potest, *d. l. postliminium 19. §. si is qui emerat. 9 ff. de cap. & postlim. reuers.* nec opus est vt ex eodem nummorum genere precium illud sit, sed alia moneta id quoque efficere potest, modo vsitata, proba, satisque magna sit; nisi aliter inter emptorem & venditorem bona fide absque præiudicio retrahentis conuentum sit, vt in certa moneta scilicet precium soluatur. *Matt. Coler. in tract. de process. execut. p. 1. c. 10. n. 7. & seq. Sich. ad l. vsuras 8. n. 7. C. de solutionib.* non interest etiam, retrahens habeat pecuniam propriam an mutuata, qua retrahere vult; quia mutua pecunia eius est, qui mutuo eam accepit. *l. 2. §. appellata est. 2. de reb. cred. §. 1. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* tum etiam quia pecunia mutua solutio fieri potest. *l. 14. de reb. cred.*

52. Cum

52. Cum retractus matereria tum in qua tum circa quam, caussa efficiens, formalis, finalis haftenus in medium prolata sit, circa eaque disquisitiones aliquot confectæ, non abs re esse statui (quandoquidem nulla causa vt causa, id est, formaliter sumpta, sit, quæ non habeat effectum siue potentia siue actu (si altius considerarem quid hæc creatura iuris diuersi efficiat. effectus autem eius est actio, & aliter etiam retractus, nisi per viam actionis, non competit, neque enim ab executione est incipiendum, quia nemini sine causæ cognitione res est auferenda. *l. 1. C. de execut. rei indicat.* quæ complectitur petitionem condemnationis emptoris, vt is compellatur à iudice legitimis iuris remedijs ad recipiendum pro re empta suum precium & iam proximo agnato & consanguineo precio iusto & integro realiter sibi oblato, rem deoccupandam restituendamque: actio vero hæc ex retractu gentilitio, de hoc enim tractare principale institutum nostrum fuit; promanans condictio ex lege appellari potest *l. vnic. ff. de condict. ex lege. lib. 13. tit. 2.* & est in non scripta, non mere personalis (vt dici potest de conuentionali retractu, quia hic ex pacto oritur. arg. *l. 2. C. de pact. interempt. & vend. l. rebus 60. C. de rer. permutat. l. siferilis. §. si tibi. ff. de act. empt. §. omnium. Inst. de actionib. Gail. 2. obs. 16. num. 4.) Tiraq. §. 8. gloss. 3. n. 6. & 7. & hac etiam de causa contra possessorem rei exercetur vt actio realis. Tiraq. loco cit. Gail. 2. obs. 19. n. 6.*

53. Potest autem hæc actio intentari tam in loco rei sitæ, quam domicilij. *l. fin. C. vbi in rem act.* si plures res vno contractu emptionis venditionis alienatæ sunt, quarum singulæ ad diuersas spectant iurisdictiones, & emptor forte non habet domicilium, ideoque retracturo opus sit rerum retrahendarum iurisdictionem sequi, quæri posset quis iudex adeundus sit, anne omnes, an vnus? Resp. aut plures & diuersi iudices isti; vnum se superiorem iudicem habent vel non habent & æquè principales sunt: si prius, supremus eorum iudex adeundus est; si posterius, is iudex adeundus in cuius territorio maior pars rerum alienatarum est sita, arg. *l. 50. ff. de iudicijs & vbi quis in princ. & §. 1. l. 66. §. fin. ad Trebellian.* Ratio est, quia, vt dignius ad se trahit minus dignum *cap. 3. de consecrat. Eccles. vel Alt.* ita maior ad seminorem trahit partem *l. 24. ff. de acquir. rer. dom. l. cum aurum 19. §. perueniamus 13. ff. de auro & arg. legat.* sed tutissimum est diuersorum locorum consuetudines obseruare.

54. Dantur tamen ex retractu testamentario (qui habetur propter testamentum testatoris, quo is cauit, vt siquid ex fundis hæredum siue ligatariorum in aliquem alienatum fuerit, Titius cognatus vel Sempronius v. g. habeat potestatem illud redimendi *l. pater filium 38. de legat 3. l. 69. §. 3. de le. 2.* qui tamen hoc pacto admittendus est, vt iuri communi interim hæc testatoris dispositio, non pariat præiudicium, si nempe proximior rei alienatæ petat retractum: quia beneficium à lege vel consuetudine concessum à priuato nequit auferri *l. nemo potest. 55. ff. de legat.* sed plures diuersæ actiones

vt vindicatio hypothecaria, vel ex testamento actio l. i. C. commun. de legat. § sed olim quidem. Inst. de legat. & per has actiones, vti etiam in retractu gentilitio per conditionem ex lege in rem scriptam, non tantum compellitur emptor, iusto prius ipsi & integro precio oblato rem nobis restituere, verum etiam fructus enim illa, scilicet illos fructus, quos post denunciationem rite factam percepit; non autem istos quos ante retractum & denunciationem eius percepit, hos enim emptorum esse ex aße iuris est, quia emptores fundi tunc domini sunt. l. Herennius. 2. ff. de vsur. l. 13. §. si fruct. b. 10. ff. de act. empt. vnde etiam pendente retractus onera rei retrahendæ vt sunt: soluere tributa & collectas emptor sustinere debet. l. 28. ff. de vsufruct. legat. l. neque stipendium. 3. de impensis. in res dot. fact. l. fin. C. sine censu vel reliq. fund. comp. non posse. & retractus non spectat tempus illud, quo primo facta est venditio & emptio vt scil. quo potuit habere effectum suum, sed illud quo actu retrahit & retractum est; quia hæc potestas retrahendi ex mera consanguinei voluntate dependet, atque ideo non retrotrahitur. l. 4. Titius ff. que res pignor. vel hypoth. oblig. poss. l. i. in fin. ff. qui potior. in pignor. Tiraq. de R. M. §. 15 gloss. 2. n. 3.

55. Vidimus Retractum effectumque eius vt perpendamus, finis requirit, quid effectum impedire possit, & per consequens ipsum retractum, vel potius non tam impedire retractum, quam recusari; cuius naturæ varij contractus, inter cæteros est permutatio, modo hæc non fiat in fraudem retrahentis. Tiraq. in præf. R. M. n. 68. 71. & seq. §. 1. gloss. 14. n. 36. quia restitutio precij non potest habere locum in permutatione vera ac simplici ergo neque retractus. Tiraq. de R. M. §. 1. gloss. 14. n. 32. non reiicienda tamen videtur distinctio hæc circa permutationem aliquando id quod permutatur consistit in re mobili æstimata & competit retractus, quia venditio est. l. quoties. 5. de iure dot. & dicitur precium largo modo, quidquid pro re datur, licet tamen numerata pecunia non sit. l. 5. §. 1. de stat. hom. l. 79. de contrahend. emptione. aliquando partim species, partim pecunia datur in permutatione, hoc casu si precium præponderet, venditio censenda est. d. l. 79. arg. l. 10. de stat. hom. & l. 44. ff. de relig. & sumpt. fun. Tiraq. de R. M. §. 30. gloss. 1. num. 9. 10. 12. quidam aliter hoc volunt, scil. vt animaduertendum sit ad id, quod principaliter inter contrahentes actum sit, quia actus à principali intentione agentium iudicandi sunt, l. 4. vbi Dd. ff. si certum petatur. nec referre volunt precium specie maius sit, modo, vt dictum non comprehendat fraudem & simulationem; sin verò dubium sit, quid contrahentes principaliter agere voluerint, inspiciendum, qui actum & gestum contrahentes appellarint; quia nullum mentis nostræ maius testimonium est, quàm qualitas inspecta verborum. Tiraq. de R. M. §. 30. gloss. 1. num. 7. si nullum prorsus indicium sit de intentione contrahentium & precium speciesque per omnia sint æqualia, dubitatur an sit emptio-venditio, an permutatio. Permutationem esse statuit, Tiraq. de R. M. §. 30. gloss. 1. num. 14. 15. 16. usque ad fin.

56. Præterea in donatione simplici non obtinet Retractus, *l. fin. C. de præd. decur. l. 1. C. de fund. patrim. Tiraq. de R. M. §. 1. gloss. 14. num. 90. & §. 25. gloss. 2. num. 1.* quia donatio ex liberalitate procedit nullo pretio accepto. Secundo nihil commune habet cum emptione-venditione, cum hæc procedat pretio interueniente *§. 2. Inst. de empt. vendit.* in donatione causa mortis, legato, dotis, vel donatione propter nuptias similiter statuendum est, Ratio hæc in dote, quia dos debitum est necessarium *l. fin. C. de dot. promiss. l. 19. ff. de rit. nupt. fallit in donatione remuneratoria. Tiraq. de R. M. §. 25. gloss. 2. n. 3.* in hac enim retrahere nemo prohibetur secus si ob alimenta donatio facta sit, & ob corporis prouisionem: tunc enim retractus non competit, quia donans censetur sibi eligere personam, fidem & industriam donatarij, cui se alendum commisit *Tiraq. de R. M. §. 25. gloss. 2. n. 2.*


57. Regulam esse non dubito venditorem teneri emptori de euictione *tot. tit. ff. de euict. & l. 1. ibidem.* unde quæstio hic moueri potest, vtrum re vendita & retracta & sic perditâ, venditor teneatur etiam emptori de euictione. Quod negandum existimo. *Tiraq. §. 1. gloss. 9. n. 34. & 53. in fin. de R. M.* inquit autem *n. 34.* res non ideo euincitur, quod non sit venditoris sed iure speciali non igitur tenetur venditor emptorem defendere *l. 39. in princ. de euict.* & ex natura rei euictio datur, cum qua natura quasi sub conditione res venditur atque ob hanc causam euictio cessat. Accedit & hoc, quia emptor sciebat vel scire debebat rem obnoxiam iuri congrui, unde imputet sibi; similiter qui scit quod res à se empta sit aliena vel obligata alteri, de euictione non agit. *l. 27. si fundus C. de euiction. deinde retractus dirigitur aduersus emptorem solummodo & non competit ex persona venditoris (quia tunc solum suum esse consequitur, quando res in emptorem alienata est, nec est ex antecedente causa sed esse suum trahit ab illo instanti, quo primo res emptori tradita est) ergo etiam iure merito nõ agitur contra venditorem de euictione arg. l. 27. hoc iure ff. de euict. l. si seruum 25. ff. de euict. l. si per imprudentiam 51. ff. eod.*

58. Promissione euictionis facta à venditore emptori secus est; quia ex hac promissione siue pacto obligatur venditor ad euictionem. Obseruandum tamen est generalem promissionem non sufficere sed speciali opus est. *Aretin. cons. 3. in princ. Alexand. cons. 21. n. . & seq. lib. 5.* quid autem illo, quo indemnitas promissio facta nobis est consequamur videndus est *Hondodaus vol. 2. p. 2. cons. 25. in princ.* existente autem dubio & controuersia inter retrahentem & emptorem de specie contracta, venditor non est idoneus testis, vt testimonio ipsius singulari de gestis à seipso credendum sit: quia nemini de se confessio credi debet in præiudicium aliorum, *cap. 10. veniens. de testib. l. 6. 7. C. de probat. Myns. 5. obs. 34.*

F I N I S











X 2874408

94 A 7386

VD 17







Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8  
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

TVVM

E.

illima nec non

O-PRACTICAE,

io Sanctissima  
iadis.

Viris, ac DD.

o, I. V. Doctore, &  
S. LL. Licentiate,  
& Fisco.

e & certamini in Anti-  
tis Iuridica Facul-  
nit,

ch/ Nob. Iuliacensis.  
29. 26. Iunij.



PPINÆ,  
rope Augustinianos.